Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

moriemur Sed semper cum ipo in gloria
stabimus. Cum enim mortuus fuit christus
homo noster similis mortuus e ut de
struceretur corpus peccati ut fieremus unum
cum illo. Idcirco si resurrexit et nos
resurgemus cum illo quia sumus membra eius
Si autem et christus non plus moriretur et
nos similiter. Quoqundem dilectissimi
filii mei Si nunc morior Credo quod re-
demptor meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum et rursum
circumdabor hac pelle mea Et in ista propria
carne videbo ipsum saluatorem. Quem
visurus sum ego ipse qui nunc loquor quem
hic nunc cernitis morientem. et non certe
alius loco mei Et isti oculi proprii mei oculi quibus
uos uideo conspecturi sunt. Vnde dilectis-
simi filii mei videte. quomodo caute am-
buletis non quasi insipientes. sed sapien-
tes Et nolite secundum carnem ambulare quia
si secundum carnem ambuletis moriemini
Sed spiritu ambulantes et facta carnis
mortificantes nunc mecum exultate. can-
tate et psallite. Abiciite uestimenta luc-
tus et tristiae. Spargite cineres de capite
uestro. iubilate deo psalmum dicite nomi-
ni eius date gloriam laudi eius Quomodo huc usque
transiimus ignem et aquam Et ecce nunc